Ex Cairo translata Berolinum in museum, rep. dicebatur in Aegypto inferiore (III S. 6583; Huebner ex. scr. ep. 690). — 1) Regina et rex, quorum iussu haec tabula scripta est, Mommseno videntur esse Zenobia et Vaballathus, maxime quod regina regi praeposita est. — 2) Προσευχὴ ἄσυλος non potest esse nisi oratorium Iudaeorum notum ex actis apostolorum 16, 13 et Iuvenali 3, 296, maxime vero ex Philone (Mo.).

---

575 imp. Caesari | L. Domitio Aurelian. | Pio F. Aug., invicto, | p. m., trib. pot., cos., | p. p., | princ. iuvent.[1], | hor. Sept. pub. d. d.[2]

Septempedae (hodie S. Severino) in confiniis Piceni et Umbriae (IX 5577). — 1) Ex imperatoribus primum invenimus Caracallam interdum appellatum esse principem iuventutis (supra N. 453; cf. Mommsen Staatsr. II³ 828); sed mirum est appellari principem iuventutis imperatorem iam seniorem. — 2) Hordo (i. e. ordo) Septempedanorum publice decreto decurionum.

---

576 imp. Caes. | L. Domitio Au|reliano Pio Fe. | invicto Aug. | Arabico max. | Gothico max. | Carpico max., | trib. p. III, cos. III[1], | procos. III[2], princi|pi n., ordo Barc. | numini maiestatiq. eius.

Barcinone (II 4506, descripserunt Accursius aliique). — 1) Consul tertium fuit Aurelianus a. 275; tribunicia potestas tertia convenit a. 272. — 2) Sic Acc., proc. p., procos. opt. *alii.*

---

577 restitutor orb. | imp. Caes. | L. D. Aureliano | Pio Fel. invicto | Aug. pont. | max. Germ. max. | Got. max. Part. max., | trib. p. IIII[1], cos. III, p. p., p. cos. | V.

Foro Iulii, columna miliaria viae ut videtur Aquas Sextias ducentis (XII 5456 descripserunt Maffeius aliique). — 1) A. 273. De consulatu cf. N. 576.

---

578 perpetuo victori|osissimo indul|gentissimo imp., | restitutori or|bis L. Domitio | Aureliano Pio | Felici Aug. pont. | max., trib. pot. V[1], | cos. II, p. p., procos., | res p. col. Tha|mug. | VIIII.

In Numidia, in regione Thamugadensi, columna miliaria (VIII 10217). — 1) A. 274.

---

579 magno | Augusto, | principi max., | imp. fortissimo, | conservatori orbis | L. Domitio Aureliano[1] | P. F. pont. max., trib. pot. V[2], | p. p., cos. III, procos., Got. max., | Palmyr. max., Germ. maxim., | ordo Brixianor.

Brixiae (V 4319 vidit Mommsen). — 1) Quae punctis notavimus, consilio deleta sunt sed leguntur. Penitus erasum est Aureliani nomen in titulo rep. in Moesia inferiore III S. 7586; cuius iussu, incertum. — 2) A. 274; de consulatu cf. supra N. 576.

---

580 Soli invicto sacr. | pro salute et inco|lumitate perpetui | imp. Caes. L. Domi|ti Aureliani Pii Fel. | Aug. p. m., t. p. VI[1], cos. | III, p. p., proconsuli[s] | . . .

Thagaste in Numidia (VIII 5143). — 1) A. 275.

---

581 imp. C. L. D. Aure|liano P. F. invic. | Aug. pont. m., t. p. VII[1], cos. III, Ger. m., Got. m., Pa|r. m., Da[c.] m., Car. m., IM.[2]